

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio Inavgvralis Medica, De Haemorrhagiis**

**Wedel, Johann Adolph  
Vögtlin, Friedrich Wilhelm**

**Ienae, 1718**

Widmungebeiträge von Ioh. Philipp. Gronav, Med. C. und F. E.  
Bruckmannus. Med. Stud.

[urn:nbn:de:bsz:31-41384](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-41384)

## §. XL.

Diæresis tandem tam traumatica quam acrimoniam rosi-  
nam tollentia, præter reliqua iam tacta, postulat, vbi semper  
simul, vt & alias, resolutentia refracte misceri debent adstringen-  
tibus, & causæ specialis ac partis affectæ ratio haberi. Vbi vna,  
vt in omni hæmorrhagia, diæta congrua obseruanda est, vt ea si-  
mul causæ remoueantur & corrigantur, minime vero de nouo  
ocasio vitiosæ excretionis præbeat. Hoc vero facere superius  
dictis recte intellectis est facillimum. Finem enim his imponere  
iam cogimur, quæ inter mille negotia perficere coacti fuimus,  
nec ad limam reuocare licuit. Vnde eorum, quæ emen-  
datione quadam adhuc egere videntur, veniam me  
impetraturum spero.

---

*S*icut virtutis opus, seriesque immersa laborum,  
Que TIBI nunc pandunt ad meliora viam.  
Ista simul pariunt summos DOCTORIS honores,  
Laudesque egregias, iustaqueserta ferunt.  
Gratulor ergo TIBI, qui dignus honoribus hisce,  
Vive diu Patriæ, denique vive DEO.

Hæc Clarissimo nec non doctissimo  
Dn. Dd. cognato Suo & amico lon-  
ge optimo gratulaturus adjecit

IOH. PHILIPP. GRONAV  
Med. C.

---

*O*Mnia fausta precor, verbis tribus omnia pando,  
Dilarent aliquot millibus hæc alii;  
Sit breve dicendo votum, longum experiundo,  
Millia sic non plus, quam tria verba dabunt.

Hæc gratulabundus scribebat  
F. E. BRUCKMANNUS.  
Med. Stud.